



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Stephanus Pongràcz.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

ponibus & Lusitanis testibus
luculentis (qui ipsi adfuere,
ac rem accuratè oculis lu-
strauere) exploratum est;
pectus mortui P. Thomæ ul-
trò apertum dissiliisse; & ex
illo visam egredi rubram
flammam, quæ sursum in
cælum sublimis volatu igneo
splendens abierit, eorum-
que qui hæc spectauere Chri-
stianorum corda mirè ac-
cenderit.

P. Stephanus Pongræcz.

Aluinciensis domo, Phi-
losophiæ Theologiæque stu-
dijs in Societate perfundus,
septem annos posuit in iu-
uentute Rhetoricis, aliisque
disciplinis erudiendâ. Tum
scholis, & conuictoribus præ-
fuit; & ad populum pro di-
dignitate dixit. In Casso-
uensi hæreticorum turbine
vnâ

*Ignis pe-
toris.*

*Hunga-
rus.*

Cassouia.

7. Sept.

1629.

ætat. 40.

Soc. 18.

vnà cum P. Melchiore Gro-
decio Silesio, ac etiam Mar-
co Chryfino Strigoniēsi Ca-
nonico, Cassouię quintâ, sex-
tâ, & septimâ Septēbris die
domo prodire prohibitus,
triduum illud sinè cibo, ac
potu duxit tam ipse quàm
socij fame magnâ, sed siti
maiore, vexati. Nam ob-
trufas sibi feriâ vi. & Sabba-
to carnes non admisere; ne
apud rudes id esset indicatiū
quòd minis, promissisue ces-
sissent, ac fidem orthodoxâ,
cum Caluini sectâ commu-
tassent. Cùm Canonicus ab
hæreticis ad deserendam fi-
dem Catholicam spe bono-
rum illi transcribendorum
inuitaretur, Stephanus eum
qui ea nunciabat Caluinistâ
disertè dixit mali dæmonis
fungi officio; certum sibi ac

Fides.

so
m
qu
sta
ef
se
ph
Q
rò
m
tu
nu
pe
co
cl
ro
gã
in
tu
ci
co
de
cr
ri

socijs esse, in Orthodoxa fide
mortem præ fortunis vitâ-
que habere. Cùm Caluini-
stæ *moriendum* illis continuò
esse dicerent, & causam eius
sententiæ rogarentur à Ste-
phano ac socijs, respondere:
Quia Paptista estis. Hac ve-
rò de causâ, se ac socios
mortem libentissimè oppeti-
turos dixit Stephanus; &
nudato collo cervicem ex-
porrexit. Septimâ Septēbris
coorto tumultu obuius è cō-
clavi progressus Stephanus
rostratâ clauâ ferreâ (bozo-
gány vulgo dictâ) valido icu
in pectore percussus, prostra-
tus est. Mox illi caput fune
circumactum, tantâque vi
compressum, vt mortuus cre-
deretur. Tota illa nox in-
cruciatibus diris acta, tener-
rimis quibusque corporis
pa-

partibus intra bombardarū
rotas contortis. Cruciatuſ
etiam eſt ſingulis digitis,
gallo ſclopi, vt vocant, ſub-
iectis, & preſſis; cū aures
negaret promittentibus li-
bertatem atque honores, ſi
vel verbulo edito ad Calui-
ni parres tranſiret. Iterū
id, iterūque contentiſſimo
ſtudio cū negaret Stepha-
nus, dixere illi; ſe verò eum
ad id tormentorum vi com-
pulfuros. Mox illi uſtulatū
latus, uſque dum propè eſ-
ſet exanimis. Præterea con-
ſtat P. Stephanum, cū iam
pluribus vulneribus laceria-
ceret, ac ſe à vicino Catho-
lico (à quo hæc habemus)
audiri aduerteret, vicino il-
li ad retinendam perſeue-
ranter fidem Catholica
authorem fuiſſe, ac hortato-
rem,

re
no
ru
pe
m
ſp
eu
ri
af
ru
at
I
fu
p
n
n
u
fi
g
ti
o
la
d
p

rem, quicquid in re tam
nobili ingrueret tormento-
rum. *Age*, aiebat voce quâ
poterat, & *te bonum Christi*
militem præbe: iam ego ad con-
spectum dulcissimi IESV hinc
euolo. Eorum sanguis mu-
ris, & sicarij vnus vesti
asperfus, diu recens appa-
ruit quâ erat fusus, neque
abstergi potuit. Ioannes
Laios Calvinista, *præfectus*
fuit *carnificum*; à quibus Ste-
phanus & duo socij in latri-
nam demû deiecti sunt vul-
neribus cooperti; sed postea
iude extracti, Catharinâ Pal-
fiâ Proregis Forgachij cõiu-
ge à Bethelchemo id impe-
trante. Reperta sunt capita
obtruncata, facies concisæ,
latera vsque ad costas fœ-
dum in modû exusta. P. Ste-
phani digitus ab illa reli-

M gio.

Mors.

giosè, at priuata in veneratione, seruatus. Corpora Tyrnauię, apud S. Clare Sanctimoniales in Deiparę Assumptę sacra æde, sunt condita. Auditos ibidem à religiosis illis Virginibus ad illa corpora cantus Angelicos, ad P. Ioannem Rumer Austrię postea Prouincialē, scripsit P. Daniel Vasarhelyi; affirmavitque, id Virginem alijs Præfectam paratam esse iuratis testibus confirmare: ad hæc; eadem corpora nec alibi finè miraculis iacuisse. Aiunt etiam nonnulli, corpora è latrinę fordibus eruta suauis odore fragrasse; ac hæreticum quendam dixisse, auditum à se fuisse concentum Angelicum ad illa corpora tunc adhuc in cloaca iacentia.

P. Ed-

P. Edmundus Arousmithaus

Huius doctrina hæreticis silentium sæpè imposuit. Captus, in ipso carcere vnum conuertit. Scripto illi obiectum, quòd Sacerdos, quòd Iesuita, quòd seductor esset; quippe qui dixerit: Extra Romanam Ecclesiam neminem saluum fore. Duo testes adfuère qui eum sibi Catholicæ fidei amplectendæ authorem fuisse ac suasorem testati sunt. Ideò capitis damnatus, raptari, suspendi, & in frustra secari iussus est. Ter in scalis flectens genua: *Dulcissime IESV, inquit, tibi vitam hanc meam in meorum satisfactionem peccatorum ultrò deuoueo. Tum ei quem in mortis tempora vsui sibi futurum conscripserat libello legendo intentus,*

Anglus.
Lancastrie.
7. Sept.
1628.
ætat. 43.
Soc. 5.

Fides.

Mors.